UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Fiducia In Devm Plurimas Et Utilissimas pro vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones quascunque ingenti cum solatio & fructu ...

Dusault, Nicolas

Coloniæ Agrippinæ, 1660

§. 4. Qualis sit Dei offensa: nolle Deo fidere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-50333

Visual Library

mum offendere. Hilarion de Coſtes.

§. IV.

Qualis ſit offenſa Dei , nolle Deo fidere.

IAm verò ut amplius cognoſcamus illam quorumdam hominum impietatem & fugiamus ſtudioſiùs, dico non vacare nos Dei offensâ & offenſa Deo præ aliis maximè inviſâ & intolerabili, quotieſcunque aggredimur aliquid ſine invocatione divini auxilii, aut æſtimatione illius, perinde ac ſi nullum eſſet ab eo ſperandum; ſiſi potiùs amicis noſtris & humanis innixi mediis atque induſtriȩ noſtræ, quæ ſunt paleæ conciſæ, aut rivuli aquarum currentes, ut S. loquitur Gregorius hac ſuper re, non ita dexteræ Dei omnipotẽti qua creavit cælum & terram, & tribus digitis *appendit molem terræ*, l. 12. c. 2. Ubi etiam conſiderat quod non ſolum videamur Dei gratiâ non indigere ad noſtri conſervationẽ, verùm etiam multa agamus ipſo invito & modis vetitis atque ab eo prohibitis. Nam cum dedignemur ad Deum recurrere propter nimiam quam in creaturis ponimus fiduciã, nunquid hoc ipſo ſatis oſtendimus nos ipſum minimè pertimeſcere, imò provocare, ut ſic dicam, ut faciat pejus aliquid, ſi poſſit. Sic enim circumvallatos nos æſtimamus amicis,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

diuitiis, nominis æſtimatione & prudentiâ
ſimus inexpugnabiles. Ad honorem tu
pertinet, ô magne Deus, confundere hoc
crilegum hominum genus, qui audent ta
inſolentia detrahere nomini ſancto tuo! (
odiſti obſervantes vanitates ſupervacuè, q
modo ferre potes tantam iniquitatem! S
gò grande malum eſt actiones noſtras p
cato inficere, quantum erit eas peccando
choare peccando continuare, & peccando
nire, & quidem peccato oblivionis De
contemptûs auxilii ejus? Scelus eſt ſine d
omnium maximum, & origo malorum o
nium, everſio fortunarum noſtrarum & ru
bonorum temporalium, & æternorum. N
ecquid ſperare boni poſſumus, ſi autor b
norum omnium nobis non faveat? Quis n
bis benedicet, ſi Deus maledicat. ſi punire n
velit, quis eripiet nos de manu ejus, aut av
tet iram ejus, & vindictam à nobis! Et ve
quomodo poteſt non punire ejuſmodi pr
ſumptionem tam injurioſam gloriæ ejus,
adverſantem immenſæ ejus bonitati ac p
videntiæ?

§. V.

Punitio hujus offenſæ.

IDeirco concludo quod præter multiplic
pœnas quibus caſtigantur aliorum pec

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN